

preloquio credimus pervenisse; qui, licet commune bonum, quod ex tractate dudum pacis indiciis universalis omnium credulitas predicabat, obice vallo nequitie prepedisset, dedit tamen Cesaree^{a)} fortune¹⁾ fastigiis evidentioris^{b)} argumentationis audaciam, ut iura nostra et imperii ac que^{c)} procuranda tenemur ex debito constantius et virilius augeamus et fidelium nostrorum incommodis, qui pericula gravia pro fide nostra servanda suscipiunt, providere robustius animemur. Inter quos devotionis vestre constantiam tanto fecundius prosegui provisione^{d)} nostre liberalitatis^{e)} proponimus, quanto execrabilius communionem nostrorum rebellium recusantes in observatione nostre fidei constantiores aliis extitistis. Vos ergo, fideles imperii, quos pure devotionis vigor accendit interius, solite fidelitatis et constantie spiritum de bono in melius roborate^{f)}, de profusa retributionum imperialium provisione securi, quod de memorie nostre cyrographo nulla accidentalis occasio temporis alicuius obliquitate rescindet et in retributionumstrarum examine vestre fidei puritatem digno^{g)} retributionis premio nostra liberalitas compensabit. Datum etc.

VIII.

*Ein Anhänger (des Papstes) fordert die (zu Kaiser Friedrich II.) über-
gegangenen Einwohner der Mark (Ancona) auf, zur wahren Mutter
zurückzukehren.*

(1240—1250)²⁾.

Hs. fol. 26^d.

Hodie, si vocem eius audieritis, que, dum corripit, non percutit, et si percutit, non allidit³⁾, fugite demonem, qui sic inordinate vos cruciat, et relinquit Babilonem⁴⁾, ne forte vos confundat. Animadvertite diligenter, homines Marchiani, qui malignis spiritibus⁵⁾ anxiati obliti sua-

a) cesare Hs. b) et idemptioris Hs. c) ac que] atque Hs. d) provisioni Hs. e) liberalitati Hs. f) roborare Hs. g) deigno Hs.

¹⁾ Zu diesem Begriff vgl. F. K a m p e r s, *Die Fortuna Caesarea Kaiser Friedrichs II.*, Hjb. 48 (1928) 208—229.

²⁾ Zur Datierung oben S. 182 f. Nr. 74.

³⁾ Vgl. Ezech. 6, 11.

⁴⁾ Babylon spielt eine große Rolle in der bekannten Flugschrift eines päpstlichen Parteigängers vom Juli 1245 Iuxta vaticinium Ysaie, E. W i n k e l m a n n, *Acta Imperii inedita* 2 (1885) 709—716, Nr. 1037; S. 715, Zeile 34 novum regem Babilonis auf Friedrich II. bezogen.

⁵⁾ Vgl. Luc. 8, 2.